

Moses Maimonides

## **Veterum Rabbiorum Placita, De Bestiis Licitis Et Illicitis, Ex Libro Noveloth Hachochma**

Buetzovii: Typis Johann. Gotth. Fritzii, [1764]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn880820764>

Druck Freier  Zugang




Universität Bützow

Med. Fak. 1764


Moses, Marcus


*Bützow 009*











VETERUM RABBINORUM PLACITA,  
DE  
**BESTIIS LICITIS  
ET ILLICITIS,**


EX  
LIBRO NOVELOTH HACHOCHMA,  
ID EST  
DE  
FRUCTIBUS SAPIENTIAE DECIDUIS,  
EX RABBI MOSIS FILII MAIMON  
SCRIPTIS

TRANSLATA ET ENUCLEATA

A

MARCO MOSE,

POSONIENSI,  
STUDIOSO MEDICINAE.



BUETZOVII

TYPIS JOHANN. GOTTH. FRITZII, SEREN. PRINC. AUL.  
ET ACADEM. TYPOGR.

[1764]

*M. M.  
ad Gussf. Hoff. Hand. - Buchver.*

*M. ed.*



VETERINUM FABRICIUM PLACIA

BRISTILLIS MACTIS  
ET MILITIS

LIBRO NOVELLOH MACHROCHMA

RELECTIBUS SALTENTIAE DECIDUIS

EXARABEI MOSIS PLEII MAMMON  
SCHREIBS

TRAKATA ZYRACHIBATA

MARCO MOSE

STUDII O MEDICINAE

LIBRARIUS

UNIVERSITATIS

ROSTOCKENSIS  
IN ROSTOCKO



Q. D. B. V.

LECTOR BENEVOLE.




Scriptiuncula hac mea in publicum  
eam ob caussam prodire, ut in-  
de Auctoris nomen in me red-  
undet, nec est mea cogitatio  
nec meum desiderium ut plerique fortassis ex-  
istimabunt; sed unice & solummodo incita-  
tus oblectamento litterarum quibus in Alma


a 2

hac

hac Fridericiana incumbendis benigna & liberalis mihi concessa est libertas & occasio opportuna, quæ alibi mihi non oblata est tam benevole, exercitii causa horis quibusdam subsecivis, materiam quandam, a studiorum meorum scopo haud alienam, nec satis adhuc exantlatam pertractandam elegi. In scriptis enim meorum patrum dum legebam incidi in locum R. Mosis Ben Maimon, agentem de scientiis nullius ponderis quem recensere & quodammodo illustrare haud supervacuum duxi. Errores quos commisi in vertendis eorum placitis non ignorantia meæ, sed potius meæ in lingua peregrina, & in hoc exercitationis genere tenuitati & imbecillitati tribuat. Lector Benevolus atque ita valeat & mihi faveat.



Li-



§. 1.



Liber Schevile Emuna ostendit, in cuius tamen verba non juro quod omnes Artes, quæ hodie inter populos habentur nihil aliud sint quam spicilegium quod ipsis reliquerunt sapientes Israelis. Liber Bris Menucha itidem scribit, quidquid solidum est in doctrina Aristotelis, furtim oblatum est e sapientia Salomonis; Plato a Prophetis, Socrates ab Achitophel sua mutuavit. Postquam Alexander Macedo rerum potitus est Hierosolymis summam rerum concedidisse præceptori suo ipsosque adeo Salomonis libros dicitur. Ea propter quicquid ibi boni invenit, suo ipsius nomine edidit.

§. 2.

Quæritur, quomodo ergo perierunt illi libri, qui ex professo & speciatim de iis quæ jam attuli scripti fue-

fuerunt, & remanserunt illi qui sunt per accidens confecti? Respondetur: Quia illi libri noti fuerunt tantum certis quibusdam hominibus, quorum unus vocabatur Propheta (Chose) alius Medicus (Roffe) tertius Anatomicus (Menatech). In destructione populi alicujus tolluntur e medio, primo præstantiores in illo, deinde illi qui ipsis sunt inferiores. Hinc sublatis præstantioribus, simul perit sapientia illorum: nec quidquam relinquitur nisi libri legum, vel jurium & rituum vulgo necessariorum, qui plerumque noti sunt majori parti populi, quos describunt, & in quibus frequenter student. Quæ in libris Gemaricis seu Talmudicis, de scientiis illis servata & relicta conspiciuntur. Satis superque dictorum testantur veritatem.

## §. 3.

Ex his sunt quædam quæ habentur in ritibus vel juribus mactati & discerpti, in quibus nonnulla sunt, quæ Galenum etiam ipsum latuerunt. [Nam si ea novit, quare nullam mentionem facit morborum quorundam, quos nos ad oculum videmus? Quorum quidem paralipomenon spicilegium hic colligam, revocando in mentem Levit. XX, 25. XI, 47. Deut. XIV, 4. 5. 7. ubi præcepta extant de bestiis puris ab impuris dignoscendis, & quibus vesci liceat. De his copiose satis egit Maimon in libro Maachalot issurot s. de cibis vetitis, ergo his recensendis supersedere possum; itaque ad propositum me converto, ex Rabbini nostris,  
ea,

ea, quæ huc facere videntur, feligere, & quodammo-  
do illustrare.

## §. 4.

Quæ, prælucente lege habent homines nostri de morbo pulmonis & cordis, sunt ista, quando dicunt; si adhæreat cordi, vel lateri, h. e. costis. „vide Chulin cap. 3. joreh deah fiff. 39.„ Item, quæ scribunt de cohærentia membranularum, & defectu quarundam: de pulmonis ariditate, & ejus liquefactione vel colliquatione, quæ si in bestia reperiantur, bestia prohibita est. „vide Rambam in Hilchot Schechita cap. 8. joreh deah fiff. 89.„ Sic sciverunt proportionem inter membra animalia & naturalia, unde dixerunt; duas membranas habet cerebrum, quibus respondent testiculi. Item, quasi duæ lentes sitæ sunt ad orificium cranii; inde ab illis lentibus vel pisis introrsum, oritur cerebrum, a pisis illis extrorsum, spina dorfi. Item, tres sunt fistulæ, una separata est pro corde, altera pro pulmone, tertia pro jecore. „vide Rambam in Hilchot Schechita cap. 6. jore deah fiff. 40.„ Ex his noverunt, quinam morbi sunt lethales, & qui non sint lethales.

## §. 5.

Huc pertinet quod ajunt; si spinæ dorfi membra-  
na sit integra & sana, medulla non nocet vel prodest.  
(non

(non impedit quo minus statim maſtari poſſit beſtia. „vide jore deah ſiff. 32. „) Item, cujus cerebrum eſt liquidum vel colliquatum, is non generat. Item, cruſta, quæ oritur ex plaga in pulmone, nulla eſt, & immundam non reddit beſtiam. „vid. Rambam in Hilchot Schechita cap. 7. jore deah ſiff. 36. „

## §. 6.

Ex ſubtilioribus ipſorum juribus eſt & hoc; beſtia legitima quæ fugit diſcerptam (illegitimam) ejus ventriculus (adeps coagulatus in ventriculo ejus) eſt prohibitus; illegitima ſi fugat legitimam, ventriculus ejus eſt licitus, quia colligitur vel ingreditur in viſcera ejus. \*) „vide Rambam cap. 4. jore deah ſiff. 81. „ Item, quinque membranæ ſunt prohibitæ: Membrana vel tunica cerebri, Membrana incumbens teſticulis, Membrana ſplenis, Membrana renum, Membrana quæ eſt ſuper illis. „vid. Rambam cap. 7. Cholin fol. 93. „

## §. 7.

Ex maxime admirandis ipſorum juribus de diſcerptis eſt, quod accurate determinaverint altitudinem,

---

\*) Obſ. Rabbinum diſcerpti notionem extendunt ad omnia, quæ vulnere, contuſione, fractura, morbo &c. affecta ſunt. „vid. R. Luria in Ammude Schelomo f. 10. col. 2.

nem, a qua si deorsum depellatur vel dejiciatur bestia, fiat prohibita, ratione, Risuk Evrim, h. e. contusionis membrorum lethalis. „vide Rambam cap. 9. jore deah siff. 58. „ Postea dicunt; si quis reliquerit bestiam superne, & deinde veniens reperiat eam inferne, non anxii sunt de contusione membrorum, quia bestia novit aestimare se ipsam, & novit mensuram saltus sui, ut non noceat sibi, si sponte desiliat, prout ei nocet, si detrudatur: quia natura in saltu spontaneo præsens est; sed in casu fugit & consternatur. „vid. Cholin cap. 3. fol. 51. „

## §. 8.

Præterea ex ipsorum juribus, & experimentis est & hoc; si bestia cælitus (veluti perterrefacta a tonitru vel fulgore) arefactum & induratum pulmonem habeat, licita est; si per manus hominum est illicita: & probationem hujus rei esse macerationem ejus in aquis tepidis aliquoties iteratam docent; si sanus fiat, h. e. iterum emolliatur, & duritiem amittat licitam esse, si non, illicitam dicunt. „vide Cholin fol. 54. Rambam cap. 8. jore deah siff. 36. „

Pulmo, qui est instar stibii, licitus est; instar atramenti illicitus: quam ob causam? quia ater iste color ruber erat, sed vitium passus est; viridis color legitimus vel licitus est. „jore deah siff. 38. „

Pulmo, qui rubet ex parte, legitimus est, si rubeat totus illegitimus est. Cum olim ad R. Nathanem

B

Ba-





Babylonium adduxissent infantem viridem vel flavum, dixit eis; Exspectate donec ceciderit in eo sanguis ejus, h. e. nolite eum circumcidere, donec diffundatur sanguis per carnem ejus. Cum hoc fecissent, in vita conservatus fuit infans ille, post plures alios ejus mulieris liberos, qui repente post circumcisionem mortui fuerant. Alia vice adduxerunt ei infantem alium, qui rubicundus erat, dixit eis, exspectate donec absorbeatur sanguis in ipso. Cum sic fecissent, in vita conservatus fuit & iste.

§. 9.

Si inveniatur acus in crassitie intestini, & in ea grumus sanguinis, certum est, illam ingressam esse ante mactationem; si non inveniatur in ea grumus sanguinis certum est, quod ingressa sit post mactationem, quia nequit post mactationem accedere grumus sanguinis, quoniam non agnoscitur sanguis in mortuo, neque quis inde potest argumentari & dicere; Mortuum vendidisti mihi.

§. 10.

Inter signa avium mundarum recensent, si extendatur avi filum mensorium & (ei insistens) dividat pedes suos, duos (digitos) hinc, & duos illinc, certum est, quod avis sit immunda; si tres hinc, & unum

unum illinc certum est quod avis fit munda. „vide Rambam cap. i. jore deah siff. 82. „ Item, omnis avis quæ (cibum) colligit ex aëre, & comedit (in aëre) immunda est. Foetus, qui in utero bestię menses suos consuetos non exegit, itemque secundinæ, quæ cum foetu prodeunt, esu interdicta sunt. „Maimon. l. c. cap. 4. „

## §. II.

Huc jure suo, referri possunt, quæ scribunt Rab-  
bini subtilissimi de conculcatione vel dilaceratione  
quorundam unguatorum, cibum discerpentium; vel-  
uti, feles & martes discerpunt hoedos & agnos; mu-  
stela aves. Item, quod dilaceratio non competat vul-  
pibus. Neque canibus dilaceratio non fit nisi scienter,  
& a vivis: dilaceratio non fit nisi unguis, non denti-  
bus dilaceratio fit tantum manu, non pede, h. e. quod  
dilacerat non effundit venenum suum in animalia nisi  
ungula manus, & cum intentione, unguis compre-  
hendendo carnem bestię. In quibus maxime admi-  
randum quod dicunt; a viventibus, quo volunt di-  
cere, si accidat, ut abscondant manum dilacerantis,  
dum unguis ejus carni sunt infixi, nullam habebunt  
dilacerationis rationem; idque ideo, quia (bestia di-  
lacerans) non emittit venenum suum, nisi dum sepa-  
ratur ab ea (bestia, quam dilacerat) & unguis suos e  
carne illius bestię educit ideo dicitur a vivis postea-  
quam dictum fuit scienter.

B 2

§.12.



## §. 12.

Quæ de jecore afferunt, sequentis sunt tenoris: si ablatum sit jecur, & remaneat duntaxat magnitudo olivæ in loco bilis, tum licita est. „vid. Rambam cap. 8. jore deah siff. 41. „ caro viva in pulmone licita est, illicita & illegitima in Rene, Aquæ puræ & foramen illegitima sunt in pulmone, & legitima in rene; „vid. Rambam cap. 7. & 8. jore deah siff. 44. „

## §. 13.

Item, bestia excoriata, in qua superest magnitudo sicali super tota spina dorsi legitima est. „vid. Rambam cap. 9. jore deah siff. 59. „ Si egrediantur intestina ejus, & non sunt perforata, legitima est (bestia): cui addunt; siquidem illa non inversa sunt (dum scilicet iterum intruduntur); sed si invertantur, bestia fit illegitima, sicut dicitur: ipse fecit te & rectificavit te, quo docetur, quod Deus fecerit bases in homine, quare si vel una invertatur, non possit vivere. „vide Cholin fol. 56. „

## §. 14.

Regula specialissima ipsorum est contra (Trefa) animal a feris discerptum vel læsum, quod videtur sanum (in se) prohibitum est, quia sine dubio morbum ha-

habet lethalem, a quo nec convalescere nec sanari potest unde caro ejus est vetita.

## §. 15.

Porro dicit Liber Bris Menucha in genere cabalisticheque distinguitur corpus humanum in duodecim membra secundum 12. signa coelorum, scilicet membrum ad videndum, audiendum, adorandum, loquendum, gustandum, gignendum, faciendum, ambulandum, cogitandum, irascendum, ridendum, dormiendum. Et in membris illis est quoque aliqua communicatio; veluti renes consulunt, splen ridet, jecur, irascitur, ventriculus dormit, cor, ad reliqua membra, quod pluribus quam omnia alia membra ægritudinibus est obnoxium, simul etiam omnium sanissimum. In continuis quippe cor est ægritudinibus, quod invadunt quovis tempore, curæ, sollicitudines, moerores, timores, vindictæ, cupiditas, odium, amor, & varia pericula: Temperamentum etiam ejus varie, pro varietate, mutationis temporum, mutatur, secundum majus & minus; præterquam quod etiam cibi mali & insalubres, motus, labores & defatigationes, somnus, vigiliæ, sanguinis fluxus & refluxus in illud agunt; reliquis membris in quiete & tranquillitate permanentibus, quod sit præterea omnium sanissimum membrum, vel id testari potest, quod neque admittat hu-



mores, ex quibus generetur ulcus, cancer, suffusio, vel pustula? neque sensationis cessationem vel remissionem prout id fieri potest in reliquis membris.

§. 16.

Neque mirari nos oportet, quod renes dicantur virtutem habere consulendi. Videmus enim simile quid in testiculis; dum videlicet observamus, Evnuchos intellectum debiliorem habere, quam foeminas, quia carent testiculis: splen ridet, quia facultate naturali purificat sanguinem & bilem atram a turbidine & crassitie: dum autem illa expurgantur, generantur lætitia & risus. Hepar irascitur, propter amaritudines, vel bilem flavam seu choleram, quæ in eo generatur. Ventriculus dormit, quia est organon cibi. Membranae vel reticuli hepatis, & pulmonis non fit mentio; quia sunt ministri ejus proprii, neque serviunt reliquo corpori nisi per accidens, non primario & proprie: cerebrum ingreditur in censum sensuum, qui generantur ex eo: præterea nullum facit horum mentionem Author Libri Bris Menucha, quia per membra, quæ sunt infra reticulum illud vel membranam, intelligit tegumentum aliquod, quod distinguit intra membra respirationis & nutritionis, ubi (inquit Muscatus) locus est animæ naturalis vegetativæ. Diaphragma est natura prima & generatio prima, & membrana illa dividit inter mundum naturæ, & mundum vitæ, sicut collum dividit inter mundum vitalem & mundum ratio-

tionalem, uti Plato loquitur in Timeo. Et de egressionibus primis (h. e. ex loco vel ex partibus) mundi naturæ, ubi est radix generationis, unde egreditur semen (in maribus) & ubi generatur foetus (in foeminis) ex eo quod commiscetur ex quatuor naturis (seu humoribus), hoc est, ex femine & sanguine, ex his, inquam elegit Deus partes offerendas, adipem, sanguinem, reticulum hepatis, & duos renes; non vero elegit cor, vel cerebrum, vel pulmonem, vel diaphragma. Quod mysterium valde profundum involuit.

## §. 17.


Ad hæc omnia priora pertinet adhuc differentia, inter sanguinem mulieris menstruatæ & mundæ, fluxu laborantis, virginitatis, & inter eum qui generatur ex ulcere, hæmorrhoidalem; & quantitas item temporis mulierum menstrua patientium. Differentiam eorum a fluxu virorum & veterum Rabbiorum de lepra sententiam, in futurum, prout sese mihi occasio obtulerit, uberius exponam.




*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*


17


*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*






















the scale towards document



...rtum est quod avis fit munda. „vide  
...jore deah siff. 82. „ Item, omnis avis  
colligit ex aëre, & comedit (in aëre)

Foetus, qui in utero bestiaë menses  
non exegit, itemque secundinaë, quæ  
eunt, esu interdicta sunt. „Maimon. l.

§. II.

fuo, referri possunt, quæ scribunt Rab-  
i de conculcatione vel dilaceratione  
regulatorum, cibum discerpentium; vel  
artes discerpunt hoedos & agnos; mu-  
n, quod dilaceratio non competat vul-  
canibus dilaceratio non fit nisi scienter,  
ceratio non fit nisi unguis, non denti-  
fit tantum manu, non pede, h. e. quod  
ffundit venenum suum in animalia nisi  
, & cum intentione, unguis compre-  
em bestiaë. In quibus maxime admi-  
dicunt; a viventibus, quo volunt di-  
t, ut abscindant manum dilacerantis,  
us carni sunt infixi, nullam habebunt  
ationem; idque ideo, quia (bestia di-  
emittit venenum suum, nisi dum sepa-  
estia, quam dilacerat) & ungues suos e  
tiaë educit ideo dicitur a vivis postea-  
uit scienter.

B 2

§.12.